

3341 [= 2654] Neapoli in sacello iuxta domum D. Ioannis Carduini AVG.

M · AVRELIO · ANTONINO · CAESARI · FILIO
 IMP · L · SEPTIMII · SEVERI · PERTINACIS
 AVG · ARAB · ADIAB · P · P · PONTIF · MAX · TRIB
 POT · III · IMP · VIII · COS · II · PROCOS · NAVAR ^{p.C.}₁₉₆
 5 CH · ET · TRIERARCH · CL · PR · MIS

Servavit Augustinus, qui non videtur vidisse, cod. 3492 f. 36, cod. 3528 f. 39 et apud Metellum cod. Vat. 6039 f. 329. Indidem omnino Waelscapple ms. f. 120.

Versuum divisio incerta; secutus sum cod. 3492. — 3 ARABICI-ADIABENICI Met. Waelsc. — 4 VIII om. Waelsc. — PROCOS scripsi, PROCOS-II Aug., om. Met. Waelsc. — NAVARCH-ET-TRIERARCH Met., NAVARCHI-ET-TRIERARCHI Aug., NAVAREH TRICAREH Waelsc.

3342 a Miseni rep., est Bacoli apud Langobardium.

pro REDITV · ET · VICToria
 AE · AVG · M · C · TOTIVSQ ^{ue domus diuinae}
 DECVR · MISENIS · ET · TE ^{anit}
 VIT · TRIERARC · PRI
 5 pro EF · LEG · III · GALLIC · PRA ^{ef}
 CL · SEVERO · ET ·

Duhnins descripsit.

6 significatur opinor annus aut 200 Severo et Victorino cos. aut potius 235 Severo et Quintiano cos. Si est a. 200, Augusta mater castrorum Domna est; anni 235 si est, Mamaea.

3342 Miseni in promunturio rep.; deinde Neapoli antea in collegio Iesuitarum GARR., nunc in museo.

divi · MAGNI · PII ^{Antonini f}
 inuic TVS · PIVS · FELIX · ET · SVPE ^{omnes principes}
 conlapsam · A · SOLO · RESTIT ^{uit}
 cur ANTE · SVLGIO · C ^{Caeciliano}

Recognovi. Garrucci cl. Mis. p. 31; Fiorelli cat. n. 471.

Aut Elagabali aut Alexandri. — 4 recte explevit Garruccius adhibita Henzeniana n. 6871: C. Sulgio C. f. Pap. Caeciliano ... praeposito reliquationi classis praetoriae Misenatium piae vindicis ... navarch(o) classis praetoriae Misenatium piae vindicis.

3343 [= 2650] antea Puteolis in S. Francisci sacr. n. 2, nunc Neapoli in museo.

sarmatico max. persico max.
 germanico MAX VII ^{Britannico}
 max. car PICO · MAX · ARMENIACO · MAX
 medic O · MAX · ADIABENICO · MAX ·
 tr. P · XVIII · CONS · VII · P · P · p. C. 302
 5 O /// VS · V · P · PRAEF · CLASS · PRAET ·
 nu MINI · MAIESTATI · EIVS · DICATISSIMVS

Descripsi et recognovi. Garrucci class. Mis. p. 17 n. 4; Fiorelli cat. n. 506.

Praescriptio edicti Diocletiani de pretiis rerum (vol. III p. 824), quod est anni 301, ita titulos victoriarum concipit: Germ. max. VI, Sarm. max. III, Persic. max. II, Britt. max.; reliqua ut supra. Unde sic explevi ut vides. Vocabuli BRITANNICO prima littera aut B aut S visa est, tres ultimae certae, reliquarum exilia vestigia ita comparata, ut supplemento non obstant.

3344 [= 2648] reperta Miliscolae CAPECEL.; rep. Miseni 9/14 Apr. 1773 una cum n. 1881. 3678 COD. X. C. 79. Extat Neapoli in museo.

SCHOLA · ARMATVR

FL · MARIANO V · P · PRAEF ·
 CLASSIS · ET · CVRATORI ^z
 REIP · MISENATIVM CVIVS
 5 NOBIS ARGVMENTIS ^z
 PONTE LIGNEVM QVI PER
 MVLTO TEMPORE VETVSTATE ·
 urceus CONLAPSVS ADQVE DESTITV ^{paterna}
 TVS FVERAT PER QVO NVLLVS ·
 10 HOMINVM ITER FACERE ·
 POTVERX PROVIDIT FECIT ·
 DEDICAVITQVE OB MERITIS EIVS
 HONESTISSIMVS OR · DO DIGNO
 PATRONO

DedICATA · IDIB · APRILIB
 quin TILLÓ · ET · PRISCÓ p. C. 159
 C68

Descripsi et recognovi. Cod. Neap. X. C. 79; Capecelatro porto di Miseno p. 8; Romanelli viaggio II, 209; Ant. Giordano Fratta Maggiore (1834) p. 50; Guarini comm. IX p. 15; Lupoli inscr. Corf. ed. 2 p. 229; Gervasio Mav. Loll. p. 27; Garrucci iscr. di Salerno p. 16, class. Mis. p. 29 n. 19 cum add., accenti p. 46; Fiorelli cat. n. 656. Orelli 3300.

Basis rescripta. Quae inclinatis litteris exhibentur remanserunt ex inscriptione vetustiore, quae primam litteram habuit forma hac A, cum posterior habeat formam a.

Schola armatur(arum), id est militum, alibi non nominatur; cf. Ephem. epigraph. IV p. 146 n. 503. Posterior titulus saeculi est opinor quinti. Propter curam rei publicae Misenatium cum praefectura classis coniunctam conferendus est qui in Notitia Dign. (Occ. 42, 6) invenitur praefectus classis Ravennatium cum curis eiusdem civitatis [eius de civitate libri] Ravennae.

3345 [= 2651] arcae pars antica. Miseni apud antiquarium e regione piscinae mirabilis HENZEN; deinde Neapoli in collegio Iesuitarum, hodie in museo.

D M
 AVRELIAE · VERECVNDINIAE
 VERAE · AGRIPPINAE
 equi M · VERECVNDINI · VERI · P · P · FILIAE equi
 marini 5 PRAEPOSITI · RELIQUATIONIS
 CLASS · Praet · MISENAT
 C · VALERIVS /// PICENTINVS
 CONiugi in tesT · AMORIS

Recognovi. Henzen misit ediditque Bull. 1850 p. 126, syll. n. 6872; Garrucci class. Mis. p. 31 n. 21; Fiorelli cat. n. 606.

Henzenus quae Garruccius supplevit ab eo in alio lapidis fragmento lecta esse ait errore. — 8 supplementum dubium est; con[iugi perpe]t[ui] amoris proposuit Henzen.